BIBLIA LATINA, BD. 2
Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Et factus est
sermo domini ad me dicens
fili hominis. Viri isti posue
runt in immundicias suas in cordi
bus suis. et scandalum iniquitatis
sue statuerunt contra faciem suam
si iniquitatis interrogatus respondebo
eis. propter hec loquere eis. et di
ces ad eos. Hec dicit dominus deus.
homo homo de domo israel. qui pos
uerit in immundicias suas in corde
suo. et scandalum iniquitatis sue
statuerit contra faciem suam et ve
nerit ad prophetam interrogans
per eum me. ego dominus respon
debo ei in multitudine immundicia
rum suarum. ut capiatur domus
israel in corde suo. eo quod recesserunt
a me in cunctis ydolis suis. Prop
terea dic ad domum israel. Hec dicit
dominus deus. Conuertimini et rece
dite ab ydolis uestris. et a cunctis con
taminacionibus uestris. uertite fa
cies uestras. quia homo homo de
domo israel. et de proselitis quicumque
aduena fuerit in israel. Si aliena
tus fuerit a me. et posuerit ydola
sua in corde suo. et scandalum ini
quitatis sue statuerit contra faciem
suam et uenerit ad populum suum
propheam ut interroget per me. eum
ego dominus respondebo ei per me
et faciem meam ponam super illum
hominem. et faciam eum in
exemplum. et in prouerbium et dis
perdam eum de medio populi mei. et sci
etis quia ego dominus. Et prophe
ta cum errauerit. et locutus fuit
uerbum. ego dominus decipiam pro
phetam illum. et extendam manum
meam super eum. et delebo eum de me
dio populi mei israel. et portabunt iniqui
tatem interrogantis. sicut iniquitas
prophete erit. ut non erret ultra do
mus israel a me. neque polluatur in uni
uersis preuaricacionibus suis sed sint
michi in populum. et ego sim eis in deum.
ait dominus exercituum. Et factus
est sermo domini ad me dicens. fili
hominis. terra cum peccauerit michi
ut preuaricetur preuaricans exten
dam manum meam super eam et
conteram uirgam eius panis. et in
mittam in eam famem. et interfici
am de ea hominem et iumentum.
Et si fuerint tres uiri isti in medio
eius. Noe. Daniel. et Job. ipsi iusticia
sua liberabunt animas suas. ait do
minus exercituum. Quod si et bes
tias pessimas induxero super terram
ut uastent eam et fuerit in uia eo
quod non sit pertransiens propter bes
tias. et tres uiri isti qui fuerint in ea
viuo ego dicit dominus deus. Ter
ra que desolabitur. ut si gladium
induxero super terram illam et dixero
gladio transi per terram. et interfice homi
nem et iumentum. et tres uiri isti fue
rint in medio eius. Viuo ego dicit do
minus deus non liberabunt filios nec
filias sed et ipsi soli liberabuntur. Si autem
et pestilenciam in misero super terram
illam et effundero indignacionem meam
super eam in sanguine. ut auferam
ex ea hominem et iumentum. et noe
et daniel. et iob fuerint in medio eius.